Süddeutscher Raum , 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35138
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Curator

b: Bernar. sciebat esse in peccato mortali inter alios accessit ad eux et beatus Bernar. dedit sibi corpus christi dicens submissa voce iudicet dominus inter me ⁊ te. q̃si vellz dicere. dominus scit q̃ tu indigne accedis ⁊ non possũ tibi negare: et ideo ipse iudicet inter me ⁊ te. ⁊ statim ille miser accepto corpore christi cecidit mortuus in terram. Et ideo quilibet caueat sibi ne indigne accedat: non eim̃ noceret sacerdoti sed sibiꝑsi. Et sacerdotes bene facerent si istud exemplum ⁊ similia suis subditis freq̃nter nunciarent. Sed nũquid suspectis in crimine debet dari istud sacramentũ si req̃rant. Dico q̃ triplex est suspitio: qꝛ q̃dam est violẽta. q̃dam pbabilis. quedam leuis. Suspitio violẽta est ꝓtra quã nõ admittit pbatio. sicut si aliquis inuenitur cũ aliqua muliere corrupta in lecto solus cũ sola. nudus cũ nuda. loco ⁊ tpe ad hoc aptis. nec ete nec pentela. nec aliq̃ alio obstantibꝫ esset violẽta suspitio vel ꝑsumptio q̃ cognouisset eã. ita q̃ ñ admitteret pbatio in contrarium. Probabilis suspitio est illa q̃ oritur ex aliq̃bus signis et cõiecturis ꝓbabilibus. Sicut si aliq̃s inueniretur freq̃nter cum aliqua loquẽs in loco suspecto esset pbabilis suspitio q̃ aliq̃d malũ agerẽt. Leuis suspitio est que oritur ex fatua ⁊ inordinata suspitõe alicuius. Et ista dicitur leuis. i. fatua suspitio: Sicut si viderẽ aliquẽ bonũ virum et aliqnã bonã iuuenculã salutãtes se vel sibi arridentes non in loco nec in tpe suspectis fatuuz esset me presumere q̃ male agerent. Et de tali dicit Salomon. Qui cito credit leuis est corde. Quando ergo queritur vtruz suspectis de aliquo crimine debeat corpus christi Iesu dari. Dico q̃ si de aliquo habetur suspitio violẽta de aliquo crimine notorio q̃ illi debet denegari corpus christi Iesu. Vbi tbi gratia. de aliquo habetur suspitio violenta q̃ sit notorie hereticus vel vsurarius vel cõcubinarius. et sic de alijs. Dico q̃ anteq̃ detur sibi corpus christi Iheſu debet se purgare ab huiusmodi crimine: extra de purga. cap̃. c. ij. Si autem habeatur de eo solum suspitio probabilis nõ debz sibi denegari corpus christi Iheſu. q̃ſqz esset probatum contra eũ. licet notorie haberetur talis suspitio contra eum. tamen esset monendus q̃ purgaret se anteq̃z accederet ad cõmunicandũ. et si consentiret bene faceret: Si autem pseueranter instaret et negaret crimen de quo probabiliter p̃sumeret contra euz. nõ credo q̃ ante pbationẽ esset puandus iure qõ hz in petẽdo et accipiendo corpus xpi. pſertim cum res sua agat. ⁊ si indigne accipiat noceat ei et non alij. Tamẽ credo q̃

A iiij